Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Omnes reddamus domino deo qui sua natiuitate nos liberauit de dyabolica potestate. Huic oportet ut canamus cum angelis semper gloria in excelsis. In primo mane.

Eya recolamus laudibus piis digna. Huius diei carmina in qua nobis lux oritur gratissima. Noctis interit nebula pereunt nostri criminis umbracula. Hodie seculo maris stella est enixa noue salutis gaudia. Quem tremunt baratra mors cruenta pauet ipsa a quo peribit mortua. Gemit capta pestis antiqua coluber liuidus perdit spolia. Homo lapsus ouis abducta reuocatur ad eterna gaudia. Gaudent in hac die agmina angelorum celestia. Quia erat dragma decima perdita et est inuenta. O culpa nimium beata qua redempta est natura. Deus qui creauit omnia nascitur ex femina. Mirabilis natura mirifice induta quis audiuit talia die rogo facta. Induitur natura diuinitas humana assumens quod non erat manens quod erat. Querere uenerat pastor pius quod perierat. Induit galeam certat ut miles armatura. Prostratus in sua propria ruit hostis spicula auferuntur tela. In quibus fidebat diuisa sunt illius spolia capta preda sua. Xpi pugna fortissima salus nostra est uera. Qui nos suam ad patriam duxit post uictoriam. In qua